iram geruntur. Nam recta quidem illa ratio: qua nulla care-  
re virtus potest sedationem animi serenitatemque requirit.  
Ira vero perturbat et cōcitat: ut non solū mētis iudicium sed  
corporis etiam laudabiliē statum peruerat illa quidē atque  
detorqueat. Furentes oculi: et tremētia labra: verba interru-  
pta atque infracta: iactatio brachiorū insana. pgressio amēs:  
hec autem (vt pace tua dixerim) furori propiora mihi vide-  
tur que virtuti. Atque per absurdū est rectam quidē rationem  
in virtutibus dominari dicere: iram vero que nos a recta  
ratione dimouet in virtutibus esse aliquādo fateri. Et hūc  
seruaturū esse modum in rebus agendis credere: qui in se,  
ipsum modum nō seruat. Vident̄ porro et sapientes viri hoc  
ipsum quod modo dixi apertissime testificari. Sunt enim  
vt videmus libri cōplures aduersus iram ab illis conscripti.  
Qui vero contra inrascentiam scripserit: nemo adhuc (qd  
equidem sciam) repertus est: quasi non irasci laudabile sit;

*que sequuntur Iram:  
aut posic fructūdiam.*

## Adansuetudo.

54

irasci vero viciōsum. Quod si iram nūnq̄ esse laudabile constat. sequitur ut mediocritas nulla eius sit. sed omnē penit huiusmodi perturbationē animi esse improbandā. **C**um ego. non ignoro inq̄ ista ita dici solere ab his qui cōtra Peripateticos disputant. Sed tamē refert quod quisq; senciāt. Queris excāndescētiām istam vehementemq; iracundiam probem. negabo quidē atq; detestabor. Quid enim amētius: quid furorū similius. Queris rursus num in irascentiā et segniciē in omni tēpore laudem. Hāc rursus in vicio diuīcam atq; reprehendā. Et enim peto abs te. si seruus parentem verberet tuūz: aut si virginī vim afferat. num tu hec aspiciens tranquillo animo esse debeas: vel potius quodam motu animi ad infringendū illius contumeliam insurgere. Respondebit profecto pietas ipsa et ratio reprehendendū esse temisi pro tanta parentis filieq; iniuria indignationem suscipiat et ad vindicandū cum acritate quadam vehementiōri perciteris. Quid enim queso agat filius contumeliam parentis indignam cernens. Stabit credo eodem animo atq; vultu: quo fuerat prius: nec eum tam charissimi et cōiunctissimi iniuria cōmouebit: Et quis nō hunc detestetur atq; reprehendat. Ita fit: vt ira quedā nōnūnq; laudabilis sit: et nō irasci in vicio repouaf. Videtur porro neq; sensum neq; mētem habere: qui vīsq; adeo hebes atq; dissolutus est vt neq; doleat/ neq; grauiter ferat: cū patrie: cū parētibus: cū filijs: cum ceteris quos charissimos habere debeamus: cōtumelie inferunt. Neq; sane verum est quod dixisti. nihil esse omnium

Jra

## Adansuetudo.

quod nō absq; ira melius fiat. Iuvant enim interdū et certe  
decent stimuli quidā et motus animi vehemētiores: pro indi-  
gnitate flagicij nō imerito suscepit: qui nos ad pietatem  
fortitudinēq; impellit. Nam q; aīs, neminem adhuc cōtra  
imrascētiā scriptitasse. ignorare mihi Aristotelē videris.  
qui ybiq; scriptorū suorū segniciem et imrascētiā istam ma-  
gnopere dāmat. Itaq; ut tu iracundū illum furēti: sic ego  
dissolutū hunc et segnē mente capto assimilabo. Qui nec sen-  
tire/nec curare/nec affici vlla re videatur. Sed hec satis. ad  
reliqua instituti operis reuertamur.

**A**dclarans septimā virtutem que est māsuetudo. Primo ostendit actum  
simul et obiectū ipsius. Deinde extrema viciosa. inter que est mediocritas lau-  
dabilis circa iras. Tertio pponit quatuor rationes Stoicorū. quibus Adar-  
cellinus ostendit nullā iram esse laudabile: ppter hec nullam esse mediocri-  
tatem seu virtutem in ira. Quarto Leonardus fatetur se non ignorare rati-  
ones adductas a Adarcellino suis Stoicorū. qui oīm iram esse vituperādā  
putant. et in hoc dissentiunt a Peripateticis. Et ibidē ostendit excandelē-  
ciam ire nō esse laudabile: immo detestandā. Quinto addicit rationes qbus  
ostendit cōtra Stoicos imrascētiā et segniciē seu vacuitatē ire nō omni tpe  
esse laudabile. Et ex hoc excludit quandā iram nonumq; esse laudabile. Sexto  
respōdit ad rationes Stoicorū: quas Adarcellinus adducerat in oppositum.  
Ultimo iracundū assimilat furenti et segnē seu vacantez ira mente capto.

**M**on pecuniarum et honorum ut precedētes proxime quatuor virtutes.  
**E**st enī ira. Probat quod dixit p diffinitione ire: que etiā ponitur apud  
Aristo. i. de Dia. C equo. i. quā decet. C Efferatur. i. occidē vel cōmouetur.  
C Segniciē. i. imrascētiā seu vacuitas ire. C Itaq; in vicio. i. tam ira-  
cundia q; segnities sunt vicia et digna reprehēsione. C Dic ille. Adarcelli-  
num intelligit C quasi admiraref. i. q; dixi in ira esse mediocritatē laudabile  
C mediocritate inquit istam. Oratio admirantis est et semiplena: cuius sen-  
sus est. quē infra expressit cum dixit. Adansuetudo aut admiror si hanc sufci-  
piat mediocritatem. Quius admirationis subiungit causam: cum dicit. Nam  
enī si hoc fatemur. et c. C Subsistit. i. contra lito. dubitando vel negando  
aliquā iram esse laudabile. C Ambigendi. i. dubitandi. C Interpellatio. i.  
interruptio sermonis tui C Tu vero. Verba Leonar. qbus fatetur interpel-  
lationē Adarcel. nō fore sibi molestam C Arbi:tratu tuo. i. pro volūtate tua.  
C Hic sermo. s. de p̄lia morali C Muro igit inquit. Incipit Marcellinus  
adducere rationes Stoicorū. qbus nūrū ostendere cōtra Peripateticos mul-  
lam iram esse laudabile. et per sequēs neq; cū virtute. C Virtus em̄ prima  
ratio. cuius prima p̄positio clarius sic poneretur. Itulio modo id laudabile

52

53

## Mansuetudo.

vel cum virtute esse potest: sine quo opus melius laudabiliusq; p̄ficeretur. Et huius probatio est in textu. Virtus em excellentia et prestantia dicit. Deinde subditur minor cum eius probatione ibi. Nihil vero est oium. t.c. Et probatio minoris est duplex. Quarum prima accipit ex definitione ire materiali. Prior enim definitio eius erat formalis teste Aristotele secundo de Anima. Secunda vero ex effectu eiusdem. Atque per absurdum. t.c. Secunda ratio que potest sic formari. Valde absurdum est id quod nos a recta ratione dimouet aliquando esse in virtutib; si nulla virtus carere potest recta ratione. Ira autem hoc efficit. ut patet ex his quibus probavit minorē precedēs rationis ibi. Nam recta quidē illara. t.c. Et hūc seruatū esse. t.c. Nonit tertia ratio que sic formatur. Per absurdum est credere hūc seruatū mediocritatem (sine qua nullus est) in rebus agēdis qui in seipso modū non seruat. sed iratus nullū in se modum seruat ut manifestū est ex predictis. ergo. t.c. Vident porro et sapi. Ponit tur quarta ratio sumpta ex signo et est manifesta ex textu. Quod si irā. Resumit conclusionē predictaz quatuor rationū. et ex ea infert propositum suum.

¶ Tū ergo. t.c. Leonardus anteq; respōdeat ad rationes sup̄atas: primum facit se nō ignorare ipsas fuisse ad intentionē Stoicorum dissidentium in conclusione carundē rationū a Scriptateticis. Queris excandescētiā istam. Hoc se nō probare seu nō laudare iracundia quae est experientia ire: immo ostendit eam esse detestabilem. hoc est abominabile et vituperandā: per hoc quoniam est simili amētie et furorū. Queris rursum. Ostendit inrascentiā que est defectus ire nō semper esse laudabile: et iram quādōq; esse necessariā ad opus virtutis p̄ficiendū. Et em peto. i. interrogō. Virgini vi afferat. i. filie tue stuprū. Dec. i. verberationē patris tui et stuprū filie tue. Trāquillo animo. i. omni perturbatione ire vacante. Quodā motu animi. hoc est ira. Ad infringendā. i. vt frangas ac cōpescas pena. Cōtumelia. quā insert parenti vel filie tue. Cōtumelias. inquit Licero in veteri Rheto. est per quam sanguine coniunctis patriae benivolis officium diligens tribuitur cultus. Cōcitatate quedā vchémētiori. hoc est ira. Cōpēteris. i. cōmemoraris: furor quodā accenius. Cōstabat credo. Eodem animo per Ironiam loquitz ideo per strarum sensum intelligit. Cōtumelias parentis cernens. Cōtumelias. i. ex predictis sequitur. et est cōclusio p̄ opinionē Scriptateticorum contra Stoicos. Neq; sane verum est. Respondeat ad primā rationem Stoicorum adductā a Marcellino in oppositū per interēptionē minoris. Nō imērito. i. accedēre causa. Cōpētate fortitudinē. Et due sunt virtutes que quādōq; indigent excitatiōne ire: vt opus carū recte et laudabiliter perficiat. Est em ira impetuosissima animi excitatio ad pericula capessenda. vt dicit Aristoteles tertio Ethicorum. cirans Homerū ad suum propositū ostendendū. et per hoc etiā simul solute sunt sequētes due rationes. Nam quod ait. Soluit quartā rationē similiter per interēptionē. Cōbiq; scriptorū suorū. i. ubi scriptit de ira. vt in. iii. Ethicorum. Atque. Cōcludens propositū ostendit nō solum iracundia esse in vicio et simile furenti sed etiā dissolutū. i. omnino vacantē ira. quē assimilat mente captio. i. amenti. Mente captus auctor Sēlo dicit. cum mens ex hominis potestate abiit. Cōfici. i. cōmemorari et excitari. Quenam copiose Leon. disseruit de māsiuetudine ostendēs ipsam esse laudabile mediocritatē ire. et de extremis viceis que sunt per exasperationē et defectū ire. ideo superfluum est hic cōmemorare eadem dicta ab Aristotele in. iii. Ethicorum. Qua-

Māsiuetudine  
die. viij. dicta

## Affabilitas.

Ppter solum illa adijsiam que hic omissa sunt. Et hoc est. ¶ **I** Primū. **M**an  
sueti est perturbatione animi vacare et non duci a passione ire: sed pro his et  
in tāto tempore irasci ut ratio iuber. ¶ **S**ed mā mansuetus est miris et potius  
clemens et vindictus. nam p̄p̄tior est ad dandā venia et vindictā capiendam.  
¶ **T**ertiū. Qui omnino vacat ira et nō irascit pro ḡbus oportet et sic de aliis  
circumstantiis nō est aptus ad vlciscendū et ideo est in vicio nam p̄ferre cotu-  
melias et suos negligere seruile est. ¶ **Q**uartū. Licet supabundantia ire fiat  
per oēs circumstantias. Tame nūq̄ inest eidē scdm om̄es. Malū enī quia est  
corruptiū sui subiecti: destruendo subiectū sc̄plum perdit. et si integrū sit:  
intollerabile fit. Sicut dolor scdm oēs species morboz simul ab uno corpo-  
re tollerari nō posset. ¶ **Q**uintū. Tres sunt species viciū exuperationis ire  
¶ **P**rimū habent iracundi. qui cito quidē irascunt et quibus nō oportet. et p̄  
quibus non oportet et magis q̄ oportet. sed cito desistunt. et hoc in ipsis est  
optimū: quia non detinet ira sed redditū: et manifesti sunt ob celeritatē de-  
inde cessant. Idco aut̄ cito irascunt: quia summe sunt bilis. i. colere. Sed am  
specie habent amari qui cū difficultate placantur et longo tpe sunt sub ira de-  
tinent enī ipsam donec vlcione acceperint. vlcio nāq̄ ponit ire modum: pro  
dolore voluptatē efficiens. q̄ si hoc non fiat: habent pondus ire tpe longo: p  
pter hoc quia non sunt manifesti: et ideo nemo ipsis persuaderet vt pondus ire  
deponant: vt in se aut̄ concoctio fiat ire tēpoze longo opus est. Et tales sunt  
per molesti et sibi ipsis et amicis. Tertiā specie habet infensi qui pro ḡbus nō  
oportet et magis q̄ oportet et longiori tpe irascunt: sineq; vlcione vel pena  
non reconciliant. ¶ **S**extū. Mānsuetudini magis p̄traria experatio ire q̄  
defectio. Primo ideo quia magis fit: quoniam humanius est punire. Secundo  
quia infensi difficiliores sunt ad vitā simul agendā. ¶ **V**ultū. Nō est faci-  
le determinare quo nam modo: et ḡbus: et p̄ quibus: quanto tpe irascendū sit  
et quousq; iratus recte faciat quis aut̄ peccet: hoc est. difficile est assignare ter-  
minos ipsi iraq; ipsa si parū egressa fuerit: sit laudabilis. cū sit egredere  
virtupabilis. Qui nāq; parū trasgredit mediu mō reprobendit: sive ad expa-  
tionē: sive ad defectionē se flectat. Nonunq; em̄ deficientes laudamus man-  
suetosq; vocam⁹. qnq; aut̄ ipsos infenos tanq; aptos ad dominandū: viri-  
les dicimus esse. Illud tñ est manifestū mediocritatē ire esse laudabile. exu-  
perations aut̄ defectionesq; virtupēdias: atq; si parū distent a medio: leu-  
ter esse carpēdas. si plus: magis. si nimium: vehementer.

¶ **P**rimū.  
**S**econdū.

**T**ertiū.

**Q**uartū.

**Q**uintū.

**S**extū.

**Septimū.**

Diximus de mansuetudine atq; illius extremis. In vita aut̄ 56

et cōuersatione multi peccant. Nam reperiunt̄ quidam con-  
tentiosi/displacētes/duri/difficiles/inhumani. Cōtraq; alij/  
adulatores/placendi studio omnia assentantes. Hec vtrq; **A**dulatores.  
vitanda sunt. Media vero inter hec virtus est amicitie simi-  
lis: procul ab assentatione: procul a contenciosa asperitate.

¶ **E**odem p̄ modo et ostentationem et yroniam in vita et in 57

# Huāitas Vel Affabilitas.

58  
Querstionē obesse conuenit. quārū altera in plus fictio est:  
altera in minus. Grauitas vero harū: mediocritas est. sed  
ab ostentatione remotior. ¶ Cum autē in vita sit cessatio  
quēdā atq; remissio (neq; cū cotinuo laborare homo pōt)  
solacioꝝ quedam moderatio est. Nam si omniꝝ refugis ior  
cūnditatem: rusticus sis. Sin autē iocundi arripis occasio  
nem: ita ut nec honestati nec dignitati parcas: modo risum  
mouere possis scurra es. Inter hec moderatio est quedam  
virtus. que comitas appellatur. ¶ Sic tergemina sunt vi. Nota  
cia in conversatione hominū deuītanda. ne adulatores odi  
osi: neue rursus placentes adulatores simus. ne fingamus o  
stantando: neue rursus inuendo yronia vtamur. neue pro  
cul ab omniꝝ iocunditate: neue rursus ridiculi homines seur  
req; habeamur.

Rūstic⁹  
Scurra  
Comitas.  
55  
De affabilita  
te seu huāi  
tate (q̄ amici  
tie filis est) di  
cta v. 56

¶ Declarat tres virtutes que sunt in p̄gressionib⁹ et cōmuni hominū ri  
ta. Omnes cū versamur circa verboꝝ quoꝝndā actuā re cōmuni vsum.  
Quarū prima versat circa voluptates doloresq; illos qui in querstionib⁹  
hominū sunt ex hoc q; alter alterius dicta approbat vel reprehendit sine adu  
lante et aspera ostentatione. Et licet p̄prio nomine carcat: tamē potest voca  
ri humanitas vel affabilitas. Huus itaq; virtutis Lēcandes p̄mo narrat  
extrema vicioſa. Secūdo ponit in medio eoz hanc virtutē que est similiſ a  
micitie. quia qui eam habet ita se gerit in cōmuni querstionē hominū: sicut  
amicus cum amico. ¶ Pro maiori cognitione huius virtutis et vicioꝝ ipsi  
oppositoꝝ additū more nostro ea que ab Aristotele. iii. Ethic. x. de hac ipa  
re dicta sunt. Quoz hec est. ¶ Tertium. Qui pro voluptate aſſerēda laudat  
omnia et nibil aduersans. si id agūt studentes esse iocardi et nō ob aliud quicq;  
yocantur plaeidi. Sin emolumenti causa sui ut inde sibi paeniret in pecunij  
vel in his que pecunij cōparantur utilitate adulatores sunt. Qui vero p̄tra  
in oībus aduersans nullam curā habentes si dolorē afferat: difficultes contem  
niosq; yocant. Qui autē inedio modo se habet. hoc est approbat approbadā  
et reprehendit res et hēdenda. humanus affabilis. et quasi amicus dici solet.  
¶ Secundū. Licet predictus hac virtute per se experat placere seu voluptatē  
afferre ei cum quo conuersat laudando eius dicta vel facta. et caueat dolorē  
afferre: tamē quādoꝝ aspiciēs ad honestatē et utilitatē venturā: eliget dol  
orem inferre aduersando et reprehēdenſ. si vidcrit et probationē vel landa

Scdm

## Veritas.

tionem. nō parvā afferre deformitatē aut daniū. Oppositionē vero seu re-  
prehensionē parvū dolorem: illi cuius dicta vel facta pbanda vel reprobāda  
veniūt. ¶ Tertium. Vir humanus qui habet hanc virtutē diuerso modo cū  
bis q̄ sunt in dignitatibꝫ: cū p̄uatis: cū magis minusue notis: t cū aliaz  
identidē differentiaz hominibus aggredieſ seu querſabitur: singulis tribuēſ  
id qđ decet. ¶ Quartū. Licit hec virtus similis sit amicitie ppter causam  
paulo ante dicam. differet rāmē ab amicitie ppter dicta in hoc. Quia habens  
hanc virtutē pbat et acceptat quedā dicta vel facta alioꝫ: quibusdā aduersat:  
sine affectione amoris vel odii vt sit in amicitia ppter dicta. Cuius signum  
est. quoniā similiſ idipsum aget tam ad notos qđ ad ignotos: tam ad fami-  
liares qđ ad nō familiares. In singulis tam ſeſe habebit ſeruato decoro et  
vt cōuenit. Nō enim eque familiarū et extēnoꝫ curā habere: neq; ſimiliter  
eos dolore aſcere oportet. ¶ Quoniā hic facta est mentio de amicitia ppter  
dicta. Quis ſcd in Aristotele in pncipio octau Ethicor: vel eſt quedā virtus  
vel eſt cū virtute. nec poſtea occurret oportunitas loquendi de ea. Qua ppter  
ne silentio prereamus. rem que miltū atrinet ad pſiderationem philofophie  
moralis: adiungā de ipſa ex. viii. Ethicor ad precedētia hoc. ¶ Quintū di-  
ctum. Licit tres ſint species amicitia: ſcd in triplex amabile quo ipſa amicitia  
conciſiat. videlicet amicitia ob utile: amicitia ob delectabile. et amicitia ob  
honesti seu virtutē. Tamē ex his ſola illa quā virtus conciliat: eſt vera amici-  
tia. vt Aristot. vbi ſupra. et Licero in libro de Amicitia pluribus rationibus  
oſtendit. Et nos hic duas ex illis adducemus. Quarū Prima ſit hec. Solu-  
inter hos eſt vera amicitia qui ſe amāt ppter ſe et nō ppter aliqd accidens.  
ſed ſoli boni ſeu prediti virtute ſic ſe amāt. ergo. t̄. Minor probat. Quoniā  
qui ſe mutuo amant ob utile aut iocundū: nō ppter ſe ſed quia alter ab altero  
vel aliquod commodū vel iocundū accipit ſe amāt. Et ideo dimoto eo ppter  
quod erāt amicitia ſoluitur eoz amicitia et nō pmanet. Bonox vero amici-  
tia perfecta eſt. Si nāq ſibi bona mutuo volunt: quia tales ſunt. et ideo ppter  
ſeipſos et nō ppter aliud ſe diligunt. Permanent igitur eoz amicitianec  
facile ſolut. quoniā virtus que ipſam conciliat eſt res pmanens. Secunda ra-  
tio. Illa eſt vera et pfecta amicitia in qua ingeniſ ratio omnis amabilis. ſed  
ſolū hoc invenitur in amicitia quā virtus conciliat. ergo. t̄. Minor pbat. Qui uerj amic  
Quoniā habentes virtutē et ppter illam ſe diligēt: ſe boni ſunt absolute: et  
ſibi ipſis boni utiles et iocundi. In amicitia autē commodi aut iocundi non  
inveniuntur omnia que in amicitia eſſe oportet. ergo. t̄. Eodemq modo  
et ostentationē. t̄. Declarat aliam virtutē que etiā eſt in conuerſatione et vi-  
ta ſicut precedēt. et vocal veritas ſeu grauitas. cui viciū contrariū per ex-  
periationē vocat ostentatio vel arrogantiā. Dicū vero p defectiōnē eſt pro-  
nia ſeu diſſimulatio. Inter hec itaq viciū oſtendit Leonardus in medio eſſe  
hanc virtutē: quā vocal grauitatē. Licit eam Arist. in. liij. Ethicor vocet  
veritatem. Deinde oſtendit eam eſſe remotiorem ab ostentatione. quoniā hoc  
viciū eſt ipſi magis contrariū tanq dexterius qđ diſſimulatio ſcd in Aristotele  
vbi ſupra. ¶ Qui nō uult eſſe cōtentus hiſ que poſta ſunt a Leonardo de  
hae virtute. accipiat et hec ab Aristotele dicta de eadem. ¶ Primum. Licit  
hec virtus ſit ferre eadē cum precedēti. quia utraq eſt medicoritas quedā in  
conuerſatione et vita. tamē prima materia huius et illius eſt altera et altera. pre-  
cedētis cū relatur circa volyptates doloresq; eos qui in aggressionibꝫ ſunt.  
beſautem circa veritatem oſtentationi et yronie ſeu diſſimulationi

Tertium.  
vñ human⁹

Quartū.

De amicitia

Quintū.

Tres species  
amicitie.

Qui uerj amic

57  
De veritate.

Dicta. xij. de  
veritate et de  
oppositis vi-  
cijs eiusdē..

# Comitas.

Secundum.  
Arrogans

Tertium

Morosus

Grauis

Quartū.

Quintū.

Sextum.

Septimū.

Octauū.

Nonum.

Socrates

Decimū.

Vndecimū.

Duodecimū.

De urbanita-  
te seu comita-  
te.

Et ideo etiam ut nup diximus vocat̄ veritas ab Aristotele. iiiij. Ethicor. Et in primo libro magnor̄ moralium. ¶ Secundū. Arrogans preclara et ea que ipsi non insunt: ut maiora q̄z insunt inesse sibi singit. Dissimulatoꝝ contra ne- gare que sibi insunt aut imminuere solet. At medius qui verax dicit: tam vita ꝑ verbis ea sibi inesse confiteyt que insunt: et neq̄z maiora neq̄z minora. ¶ Tertiū. Leonardus hic alter accipit granitatem ꝑ Aristo. pmo libro magnoꝝ moralium. vbi dicit eam esse habitu medium inter morositatem et delectationem. Morosus nāq̄ est eiusmodi ut nullus queratione aut colloquio delectetur. sed vt nomine eius indicat moribus suis delectatur: ralioꝝ mores cōtemnendo. Lōtra delectatorꝝ talis est. vt omnī velu habere cōversationem et omnibus modis: quoz vtrūq̄ est vituperabile. At granis in medio istorum fortius laudabilis est. Neq̄z enī erga omnes. neq̄z erga nemineſed erga meritos habet querationē. ¶ Quartū. Verax est laudabilis. arrogas autem et dissimulatoꝝ ambo sunt mendaces: ideo vituparables. sed arrogas magis. quoniā mendaciū per se quidem improbū est et vituperabile: verum autem probū et laudabile. ¶ Quintū. Non omis veritas ad hāc virtutē pertinet. sed solum illa qua quis in verbis et vita ex eo verax est quia habitu talis est: eriā in quibus verū dicere nibil refert. Illa aut̄ que in stipulationib⁹ et co- mertijs obseruat̄ iusticiā prinet. ¶ Sertū. Habens hanc virtutē equus et bonus est. Qui nāq̄ verū amat̄ in quibus nihil refert verū dicit. is mal- tomagis vera dicet in quibus refert. vt turpe em̄ mendaciū fugiet. ¶ Septi- mum. Verax cum de se dicit: magis ad defectionē declinat̄ minus de se di- cendo ꝑ fit. hoc em̄ equabilius esse videtur. ppter exupationes sunt valde moleſte. ¶ Octauū. Qui res sibi maiores inesse ꝑ insunt singit: si nullius rei causa id faciat: prauo quidē similiſt estnō enim mendacio gaudent. van- tamē magis ꝑ malus esse videtur. sed si aliquius gratiar̄ si honoris vel glo- rie causa. vt qui de se dicit ea pro quibus homines laudant̄ aut beati dicunt̄ tales nō nimia sunt vitupandi: dicunt̄ arrogantes. Qui aut̄ ppter lucrū et pecuniā. vt qui de se dicit ea quoz v̄lus ad primos transit porta singendo se medicos aut yates egregios. tales deformiores sunt et magis vituperandi. ¶ Nonū. Dissimulatoꝝ extenuat̄ sua: elegatior̄ moribus esse vident̄. nō enim id lucri causa facere videntur: sed fugientes tumiditatē. et maxime bi qui negant ea: sibi inesse que preclara sunt. vt et Socrates faciebat dicens se solū id scire quod nesciebat. Sed qui parua manifestaz dissimulat̄: delica- ti malicioſaz dicunt̄: et facile sperni possunt. ¶ Decimū. Dissimulatio inter- dum videſt esse arrogans. quale dicit Aristo. fuisse Lacedemonior̄ in vestitu. Nam et exuperatio et nimia defectio ad arrogantiā pertinet. ¶ Undecimū. Qui moderate dissimulatio utunt̄: nec ea dissimulat̄ que nimis ante oculos sunt et manifesta: gratiosi esse vident̄. ¶ Ultimū. Arrogas magis opponit veraci. Est cū dissimulatoꝝ deterior. ¶ Eum gūt sit in vita. Declarat vlti- man virtutē ex illis tribus que sunt in vita et cōversatione. Et pmo presup- ponens in vita necessariā esse cessationem et remissionē animi a rebus serijs. ostendit esse quandā moderationē solatioꝝ seu iocorum: que est mediocritas quedam inter rusticitatem et scrupilitatē. et vocatur comitas seu urbanitas. ¶ Sic ter gemina sunt. tē. Epilogat dicta de tribus virtutib⁹ precedētib⁹ ostendēs ter gemina. hoc est. lex esse viciaria exuperationis. et tria defectus defectus fugiēda in queratione humana. quoz duo et duo circūstant virtutē mediū inter illa tenent̄. vt patet ex predictis. ¶ Adiūgamus etiam de hac

# Justicia.

virtute aliqua dicta Aristo. ex. iij. Ethicorum. Quox hoc est. **I** Primū. Vrbanitas seu comitas et vicia ipsi opposita non solū sunt in dicendo: verū et in audiēdo. Nam urbanus medioriter iocari scit in his que liberū seu ingenuū hominē decenter alioꝝ honestas facetas equo animo tolerabit. Sed rusticus seu agrestis nec quicqꝝ ridiculi dicere soleat: nec alios dicere patet. p̄tra severa in utroqꝝ superat. **S**ecundū. Ioci et facetie hominis liberalis et eruditum multū differunt a locis et facetie scurrax. Quoniam scurrax iocus servilis est et obscenitate verboꝝ r̄sum⁹ vicitans. urbanus aut̄ hominis iocus eruditus est nō obscenitate verboꝝ sed subintellec̄tione r̄sum⁹ mouens. hec aut̄ nō patrum differunt honestatis cōsideratione. Item Scurrax neqꝝ sibi neqꝝ alijs parcat dāmēdo r̄sum⁹ moueat. neqꝝ absinet ab his cōvitijs que legibus vetātur. facetie enim sunt quedā convicia. At urbanus in huiusmodi facetie sibi ipsi lex est: et solum illa dicit que ad modestū virum et ingenuū accommodantur. Item. Scurrax ea dicit quox nihil prorūsus urbanus diceret: et aliqua que ne audire quidē perferret. Vnde p̄primum est scurre de omnibus sine ioculis sine scriis r̄sum⁹ mouerent̄ habita ratione rei: neqꝝ persone: nec locis: nec temporis quinim⁹ et de sacris litteris quādā exhibet r̄sum⁹ et eas ad suam scurrilitatem apicat: quod sane tanto gravius est malū: quanto ipse sacratiores sunt: et quanto maiori veneratione ab hominibus obseruari debent: nec alijs q̄ sacris rebus sunt accommodande.

**J**usticia vero duplex est. Una perfecta: que omnē cōpleteatur virtutē. Altera singularis in equitate reposita. Equitas autē est vt nec plus cōmodi: neve minus incōmodi suscipiat. Hic ille patere queso inquit parumper et in hoc loco interpellari te. Lupio enim nisi molestū sit: quā obrem perfectam virtutem iusticiam dixeris intelligere. Enī forsitan alie de quibus supra dixisti virtutib⁹ pfecte nō sunt: ne fortitudine quidem illa: quā tu multis verbis ornasti q̄ si ille pfectetur huic perfectionē potius attribuis: q̄ illis nō plane inteligo. Jure tu quidem ambigis inqꝝ. Sed nō omnia possunt in hoc tāto ac tam precipiti discursu explicari. Jam a nobis dictum est nō esse propositi nostri vt ad viuum singula res cemus. Sed tanqꝝ introductores aliqui euidentiā quandā et pregustationē rerum in presentia tradere. Quod tamen

Primū.  
Comitas

Dictū. ii.

59  
Duplex iusti-  
cia reputur.  
Equitas.

# Justicia.

66  
Virtus dupl  
perfecta dicitur.

Scđo,

de perfecta requiriſ virtute ſcire debes. bifariam dici per-  
fectam. Non quidem modo: vt inchoate opponiſ. nec enim  
est dubium nos ad iuſticiam et temperantiam et fortitudinem  
et liberalitatem quodāmodo natura aptos produci: uſus ta-  
men et affuetudo exercitatioq; ipsa (vt de equo diximus) ita  
nos afficit: vt tunc iam perfectum ab uſu ſit: quod a natura  
fuerat inchoatum. Isto quidem modo omnis virtus perfe-  
cta est: neq; minus alie q; ipsa iuſticia. Alio modo perfecta  
virtus dicitur: que omnē omnino virtutē continent et cōple-  
ctitur. Talis vero est iuſticia illa de qua primo diximus. Est  
enī ſcđm leges obſeruatio quedā. leges enī cunctarū virtu-  
tum opera iubent: et viciorū omnīū facinora vetant. Nam  
et que ſunt cōtinente: vt nō cōmittas adulteriū non flagici-  
um facies. Et que fortitudinis ut nō fugies in acie: nō deſe-  
res locum: nō arma abicies. Et que ſunt mansuetudinis ut  
nō iurgia dixeris: nō pulsabis: nō cōtumelia afficies: et ſic de  
alijs virtutibus et vicijs: illas iubedo: et iſta vetando. Que ve-  
ro a legib; pſificiunt iuſta ſunt. Itaq; illa pars iuſticie que  
eft legiſ custos et obſeruatrix vniuersalis quedā eft: et uſum  
omnīū virtutū in ſe continent. Atq; ideo perfecta dicitur q;  
nullius virtutis uſus illi deſit: quasi cōplet a quedam et abſo-  
luta virtus. Alia vero iuſticie pars quam in equitate reponi-  
tam diximus particularis eft: vt nō plus cōmodi neu minus  
incōmodi uſcipiānis. Eſt igitur iuſticia duplex: una vniuer-  
ſalis virtus/altera singularis. Prima eft illa ſplendida de q;  
Euripides inquit. Neq; Lucifer neq; Hesperus eft ita mi-

Justitia uſis.  
et pſicularis.

## Justicia.

Fabilis. Altera vero non plus ferme laudis in se habet: quā  
vna ceterarum virtutum Mibi quidem inquit hec periocū-  
da fuere et mājor aui memorie que dixisti. Sed nunc quod re-  
liquum est intellectivas expecto virtutes.

**T**Declarans ultimā virtutē moralē que est iusticia. Primo ponit divisionem eius in legale et particulare distinctione virtutum. Secundo dubitate Adarellino quare hanc solā virtutē dixerit pfectā ponit duos modos gbus. Tertius virtutē dici pfectā et ostendit iusticiā legalē alio modo dici pfectā q̄ ceteras virtutes: quoniam ipsa oīm virtutū ysum in se continet. Tertio, excludit iusticiā legalē suenienter dictā esse vlem. ppter eandem causam videlicet, qm̄ ysum omnī virtutū continet. Reliqua vero specie iusticie q̄ in equitate reposita est particulare: qm̄ quandā partē honesti et nō totū honestū continet. Ultimo, resumens divisionē iusticie adducit pro laude iusticie legalis verba Euripidis poete. **U**nus ampliori de claratione partū iusticie cōmemorabo pauca ex illis que Aristo, dicit de iusticia in. v. Ethicor. Sed quia strarius habitus ex strario cognoscit. vt si bona corporis habitudo sit nota: et mala etiā crit nota. Ideo dicturi de iusticia simili dicimus et de iniusticia. vt straria intra se posita magis eluiscat. **E**ccl aut hoc primum. Justicia est habitus quo homines apti sunt ad res iustas agendas et quo volunt et agunt: volunt quantum ad animum: agunt quantum ad opus exterius. Nam pfecta iusticia nō est vbi hec duo: voluntas. s. et opus coniuncta nō sunt. Nempe si sola assit sine opere voluntas manca est et incōsumata iusticia. Si opus sine voluntate ne iusticia quidem est quādōquidem recta deest intentio: quod est precipuum bone actionis fundamen- tum. Et hec est definitio iusticie in communi. Et per oppositū. Injusticia est habitus quo iniurias homines agunt resq; volunt iniustas. Et quia Justum uno modo dicit legitimū. hoc est qd̄ sit secundum leges. et alio modo equū. Et similic iniustū uno modo dicit qd̄ est contra leges et alio modo iniquū. Ideo etiam iustus et iniustus dicuntur dupliciter. Nam iustus dicit et qui legitime facit qui est equus. Et per oppositū iniustus dicit et qui a legibus exorbitat seu trasgressor legis: et qui plus capit atq; est iniquus. Et ex secunda parte huius dicti accipit ratio divisionis iusticie in legale seu vniuersalē et particulare. **S**ecundū dicitur iusticie legalis quatuor sunt officia. Primum est sanctas et rectas leges codere. Secundū coditas leges decernere. Tertium ipsas leges peditas exequi curare. Nihil em prosunt codite et decrete leges nisi legislator curet eas ad opus accommodari atq; obseruari. Quartū totū studiū atq; operā in beatā subditox vitam et cōmune bonum dirigere: et hoc officium generale est ad cetera. **U**ltimiū. Iusticie legalis nō est pars virtutis sed sola virtus. Similic iniustitia huic straria nō pars viciū sed totū viciū est. Quia iusticia legalis vt etiā dicit in tercio oīs virtutes cōplectitur. ppter hoc. quia leges quarū ipsa est custos et obseruatrix actus omnī virtutū precipiūt et delicta omnī viciox retat ut declaratur in textu de acribus temperatice fortitudinis et mansuetudinis. Et dicit omnis virtus nō secundū predicationē sed secundū causalitatē: inquantū scilicet ordinari actus omnī virtutē: aut ad cōmūnem utilitatem: aut optimorum aut eorum qui ceteris prestant vel virtute vel aliquo alio tali modo.

59  
xxvij. dicta q̄-  
bus iusticiam  
declarat.

Justus.

Iniustus

Officia iusti-  
cie legalis.

61

# Justicia.

Quartū.

¶ Quartū. Justicia legalis ideo est virtus perfecta: et polarissima virtutū. quia qui ipsam habet nō ad se solum sed etiā ad alium seit uti virtute: qd est difficile opus. Et opulores em in prīis quidē uti virtute sciunt. sed in his que sunt ad aliū nequeūt. Et ppterē illa Biantis sentētia laudatur. Admagistratus virū ostendit ad aliū em est magistratus et in societate cōsistit. quoniam gerētes magistratū nō sua sed alioꝝ comoda curare tenent. ¶ Quintū. Preter justiciā legalē ponēda est alia justicia particularis que in equitate posita est. quando scz nō lpus cōmodi nec minus incōmodi datur alteri & alteri. sicut ppter in-justiciā oppositā justicie legali ponēda est alia iniusticia particularis. quoniam cum quispiā lepe plus capit: aliqua prauitatem operatur. vitupamus em illum: et nō qd aliud aliud viciū & iniusticiā. ergo. tē. Et hoc confirma. Quia oēs prauitates ad aliquod viciū semp rediguntur. Ut si cōsiderit quispiā adulterium ad intemperantiam: si deseruerit in acie sociū. ad timiditatē si pulsauerit quēpiam: ad iracundiam. Sed si lucratus fuerit cum iniuria alterius: ad nullū aliud viciū & ad iniusticiā pertinet. Quare perspicuū est preter totā iniusticiā esse aliam quandā velut partem: hoc est. que nō totū viciū est sed pars

Sextum.

63

Septimū.  
Justicia distri-  
butiva.

Justicia com-  
mutativa.

Octauī.  
Dīa in īsti-  
ciā distributi-  
vā et cōmuta-  
tivā.

Proprio  
tēo.

Proprio  
trib.

¶ Sextum. Licet iusticia univerſalis et particularis conueniat in nomine et in ratione cōmuni: utrāq; em dicit iust: ci: et virtus cuius usus est ad alium. differūt tamē in obiecto. quoniam iusticia particularis versat circa determinatam materiā: ut honorē vel pecunias. legalis vero circa totā materiā virtutis. et ob hoc illa dicit pars boni: si seu virtutis. hec autē nō pars sed totū ho- nestum seu tota virtus. ¶ Septimū. Justicie particularis due sunt species. Una que in distributione existit: aut honoris aut pecuniarū: aut ceterarū rerū que inter eos dividī possunt. qui in eadē civili societate versantur: in qua distributione sit iusticia: si equalibus equalia dantur: et maioribus maiora. In iusticiā vero cū equalēs nō equalia: aut equalia nō equalēs accipiunt. Alia est cōmu-tativa. que sit in cōmertiis seu in cōtractibus. Et huius iterū due sunt partes. Prima est in cōmertiis voluntariis quē homines sua sponte faciunt: et sunt excedente voluntate viriū: et partis: ut sunt. venditio. empatio. mutatio. va- dimoniū. depositio. locatio. et mercede cōductio. Alia pars sit in his que in- uitis hominibus sunt: seu cōtra voluntatē alterius partiū. quoꝝ quedā sunt clamē. stina seu occultarū ideo sunt involuntaria per ignorantiam. et furtū. adul- terium. veneficiū. lecenū. seruox. seductio. cedes cū dolo. et falsum testimoniū. Quedā violenta. ut verberatio. vincula. mors. rapine. membrorū cap- tio. seu mūtilatio. cōvinciū. et cōtumelia. ¶ Octauī. Justicia distributiva et cō- mutativa: differūt dupliciter. Primo. quia in distributione est habitudo a cō- muni in singulos. quoniam ipius est id qd est cōmune distribuere in singulos. ut pecunia. honores. et alias res que ex republica dividī possunt: inter eos qui in eadē republica versantur. Sed in cōmutativa est habitudo inter eos qui ut sic habent se velut equalēs. Secundo differūt. quia iusticia distributiva est me- dietas seu equalitas accepta scđm pporionalitatē. Geometricā: que attendi- tur scđm equalitatē ppterion terminoz. ita qd eadem sit ppterio premior que est incritoꝝ. nam si ex publicis pecunias fiat distributio: necesse est ut sit scđm eandem pporionem quam habet inter se incrita ex quibus sit distri- butio. que pporionalitas si nō obseruet in distributione erit iniusticia oppo- sita iusticie distributive. Cōmutativa vero iusticia est medietas seu equalitas accepta scđm pporionalitatē. Arithmetica: que attendit scđm equalitatem quātitatis lucri et damni. et nō solū a iusticia distributiva sic differt sed etiā

# Justicia.

a ceteris virtutibus. Oes enim virtutes morales sunt mediocritates inter plus & minus q̄ oportet accepte: scdm proportionalitatē Geometrā. vt dirimus exponēdo diffinitionē virtutis moralis in cōmuni. Sola iūsticia cōmutativa excepta: que p̄sistit in proportionalitate Arithmetica. Et ppter hoc ipsa nō respicit ad differentias personarū sicut relique oes virtutes. Nibil em̄ refert si probus prauo aliqd abstulerit vel ecōtra. Nis̄ em̄ in emē dādis cōmeritis cōbus psonis vt equalib⁹ sicut & lex: sed folū respicit ad differentiā nocimēti: videlicet. vt qui plus nocuit plus recōpenset: & quantum nocuit tñ recōpenset. Differunt aut̄ due p̄dicta proportionalitates. quoniam proportionalitas Geometrica accipit s̄m identitatē, proportionalis & nō equalitatē excessus terminorū: vt hic. Sicut se habet. vij. ad. vi. ita. viii. ad. iii. v̄trobis em̄ est eadē p̄porio videlicet dupla: licet non sit idē excessus. Sed p̄propotionalitas Arithmetica p̄trario modo accipit s̄m equalitatē excessus terminorū & nō idē equalitatē appositionis. vt hic. Sicut se habent. viii. ad. vi. ita. iii. ad. ii. v̄trobis em̄ terminus maior excedit minorē binario. nō est aut̄ eadē p̄positionis terminorū: q̄a p̄mos est sesquiteria & inī reliqua dupla. & utrāq; eaꝝ pot̄ esse continua vel discontinua seu sciūcta. Continua quidē est qn̄ unius terminorū accipit bis vt hic. Sicut se habet. viii. ad. iii. ita. iii. ad. ii. Sed discontinua. quādū nullus terminorū accipit bis. vt patet in exemplis supra positis. & hec regrit ad minus. iii. terminos distinctos. Unde oes virtutes morales sunt mediocritates accepte s̄m proportionalitatē discontinua. Nonū. Justicia distributiva p̄sistit ad minus in. iii. terminis. Regrit em̄ ad minus duos homines qbus fit distributio. & itē duas rea in qbus fit distributio. Et qm̄ eadē est p̄portionis rerū in qbus fit distributio & hominū qbus fit vt paulo ante dictum est. Ideo cōmutato ordine terminorū: si cōpare s̄mus ad tertium & secundū ad quartū: eadē v̄trobis erit p̄porio. qua ppter eadē etiā erit si cōpare tur totū aggregatū ex his qbus distributio fit ad totū aggregatū ex rebus in qbus fit distributio. quecūq; em̄ sunt. p̄portionabilitia si oīdo eoz predicto mō cōmutetur semp̄ erit p̄portionalia. vt in exemplo. Si Achille excedat Dia em̄ dupla p̄portioner eadem munus Achilis excedat munus Diacis cōmutato ordine terminorū & cōparando v̄trumq; ad mun⁹ suū. sicut Achiles ad suū munus habebit p̄portionē sesquialterā: sic & Dia ad suū munus. & eadē p̄portionē erit tetius copositi ex Achile & Diace ad totū compositū ex munere v̄trumq;. Sit ergo Achiles vt. xij. Dia vt. vi. munus Achilis vt. viii. mun⁹ Diacis vt. iii. sicut. xij. ad. vi. habet p̄portionē dupla: ita. viii. ad. iii. & cōmutato ordines sicut. xij. ad. viii. habent sesquialterā p̄portionē: ita. vi. ad. iii. et eandē p̄portionē habet totū aggregatū: ex. xij. et. vi. ad. totūm aggregatūme. et. viii. et. iii. hoc est. xvij. ad. xij. vt patet in figura subscripta.

Dña nobilis.

46  
Nonū.

Dupla		Sesquialtera		18	
12	6	12	8	Achiles	et Achile
Achiles	Ajax	Achiles	Achiles	Achiles	
Dupla		Sesquialtera			
8	4	6	4		
Mun⁹	Mun⁹	Ajax	Munus		
Achilis	Aiacis		Aiacis		
				Compositū ex v̄trumq; munere.	

# Justicia.

- 65 Decimā. Justitia cōmutativa est mediū inter plus e minus. Luerū autem secz dannū sunt plus e minus cōtrario modo. Luerū em̄ est plus boni e minus mali. Dannū vero plus est mali e minus boni. quorū mediū est ipsum equū quod dicimus esse iustum. Et licet hec nominaluerū (inqz) ac damnum quibusdam inter quos sunt cōmercia videntur non esse conuenientia. vt ei qui percussit aut occidit lucrū ei qui passus est dannū. cum tamen mensurata fuerit passio: vocatur alterz exz lucrū e alterū dannū. Undecimā. Ius emendatū cōmercioz est mediū inter dannū e lucrū. Nam iudex ine qualitatē iusticie conatus redigere ad equalitatē auferendo lucrū respectu dannū: sic ut neutra parciū quas square vult plus habeat boni vel mali. qui enim iuriā patitur plus habet mali e minus boni. et hoc est dannū. cu autē inter eos inuenit mediū: neuter eoū plus boni minus mali habebit: sed ambo habebunt equi: veluti si quando linea fuerit in duas inaequales partes: id quo maior pars dimidiū excedit absulerit minoriz addiderit parti. Et ob hoc etiam ipse index est ius suæ natura animatum sicut lex ius inanimatum. Dicīt etiam mediaoz. quoniam ipius est inuenire mediū per qd ineqaulia reducāt ad equalitatē. Duodecimā. Non potest esse societas civilis sine pmutatiōne rerū adiunīcē. quoniam societas civilis nō sit ex artificib⁹ similib⁹. vt ex omnibus medicis sed ex medico atqz agricola ez alijs oīno diversis ac ineqalibus: qui adiunīcē permittēt opera iua. Tredecimā. Oportet omnes res pmutabiles esse determinatas precio. Et habere cōmūnē mensurā qua possint ea que in equalia sunt redigi ad equalitatē. vt pmutatio facilius fiat. Etenim societas civilis nō sit sine pmutatione vt dictū est. neqz pmutatione si ne equalitate. neqz equalitas sine cōmūni mēsura. hec autē mēsura est nūmūs quo mensurat e excessus e defect⁹ e equalitas emīnū. Et enim cognitū fuerit quot nūmūs valeat dom⁹: quot alimentū: et calcenus sic de singulis. facile scitur excessus valoris demus sup̄ calcē. et quot calcēi adequant̄ dominū e p̄ consequēs quot calcēi p̄ domo sine dandi. hec autē modo pmutatione erat anteqz esset nūmūs. nihil em̄ interest siue calcēi siue preciū calcēoz detur pro domo. Quartū decimā. Indigentia mensurat reuera valore omnū rerū pmutabiliū. Nam si homines se se mutuo non indigerent: vel nō similiter indigerent. aut non erit pmutatione aut erit non eadē. Nummus autē velut subdīum cōmutandaz rerū factus est non a natura sed ex insitūcōnē hominū vt sit pro indigentia. et ob hoc etiā est in potestate hominū nūmū mutare e inutilem facere. q̄ si nūc non indigent nūmūs quasi fideiūsor intercedit pro pmutatione futuraz: cu equus fuerit. Quindicimā. Repassio seu pena talionis nec ad iustitīa distributuam nec ad emendatū cōmercioz simpliciter accōmodatū. licet Heragorici ipsam repassione censuerunt simpliciter esse iustū. et ideo dissimiles iustū dicebant ipsum esse repassionem. Et eiusdem opinionis fertur fuisse et ipse Radaman⁹. quia a Poetis singitur esse index apud inferos. cuius lex his verbis exprimitur. Si que fecerit hec etiam pacie et ipse iudicīi fuerit perrectū atqz exitus equus. perflege em̄ repassio discrepat. nam si quis magistratum gerit percesserit quemplānon decet eum reperiēt. Et si quispiā eum qui magistratum gerit percesserit. is non solum reperciendus est verūmetā supplicio afficiendus. Præterea multū inter se differunt id qd sponte et id qd inuitus quispiā fecit. et ideo nō similis pena utriqz debetur. hec autē repassio nō discernit. ergo. cc. Sedecimā

x.

xii.

xiii.

xiv.

xv.

xvi.

Repas̄io.

Nūm̄y

## Justicia.

In societatibus commerciorum talis iustitia que fit per reparationem: si fiat non per equalitatem sed secundum proporcionalitatem: conservat civitatem. Civitas enim tum conservatur tum retributio fit secundum proporcionalitatem. Nam homines aut reddere malum querunt: quod nisi faciant: servitus esse videtur retribui sibi bonum: quod nisi fiant retributions quibus civitates conservantur tollunt. Remunerandus est igitur qui minus contulit: ac rursus ipse incipere debet quod suscepit: ut societas civilis conseruetur. ¶ Decimaseptimum. Cum operatio iusticie sit mediū inter agere iniuriam ac iniuria pati: que sunt extrema eius: quia sunt plus et minus: et oportet inter que medium est equum. Manifestum est iusticiam non eodem modo esse mediocritatem: quia alias virtutes. Quoniam aliae virtutes ideo dicuntur mediocritates: quia tenent mediū inter duo vicia extrema. Iusticia vero dicitur mediocritas: quia est effectiva medijs. Sicut iniuria extremorum: que sunt iniuria facere et iniuria pati: quoque alterum videlicet iniuria facere est vicium iniustie. Alterum vero videlicet iniuria pati non vicium sed pena. Ex quo sequitur quod iniuria minor est iniuria pati: maior autem iniuria facere. licet enim verumque sit malum: quoniam alterum est plus alterum minus habere medio. Peius tamen est iniuria facere: hoc enim est cum vicio et vituperatur: sed pati iniuria: sine vicio est et idco minus malum per se: per accidens aut nihil prohibet maius esse malum ratione aliquibus subsequentibus sicut dolor latet per se maior est morbus. Et lesio pedis: quamque fieri potest nonnunquam contrarium: si cuenerit ut quispiam offendo pede caperetur ab hoste ut trucidaretur. ¶ Decimumoctavum. Iniuria facere est sua sponte quempli ledere preter voluntate illius. Hoc autem dicitur sponte: quod quispiam in sua potestate situm scies agere et non ignorans: neque quoniam quoque gratia cuius. et per oppositum quod ignorare et non ignorare quidem: non est aut in potestate ageris situm sed visum. id omne agitur ab iniuria. Ex quo sequitur Idem. quod qui iniurias: hoc est violentia coactus vel ob ignorantiam facit iniustam: non facit iniuria nisi per accidens. agit enim ea quibus accidit ut sint iniusta. Secundo sequitur quod licet contingit ut quis ledatur sua sponte atque paciatur iniusta. ut apud Troyam Blaues qui dedit Diomedis arma ante ea et recipit ab eo ferrea dicente Diomero. proque nouem centum pro ferro tradidit aurum. Et similiter qui ob inconvenientiam patitur sponte sua a meretrice leditamen iniuria sponte sua patitur nemo et ideo recte dicitur: violenti non fit iniuria. ¶ Decimunonum. Non omnis qui facit iniuria est iniustus. similiter non omnis qui agit iniustam est iniustus quia qui alterum ledit ob iram aut aliquam animi perturbationem sine electione: hoc est fine antecedente deliberatione iniuriam quidem facit sed non est iniustus: quia non nocet ob prauitatem seu habitum vicij: quo sit: ut solum ille sit iniustus qui nocet electio: et pari modo: ille iustus qui non agit electio. ¶ Vigesimum. Ea que homines faciunt non solum ignorantes sed etiam ob ignorantiam: venia digna sunt atque ignoscenda: sed ea que faciunt non ob ignorantiam sed ignorantes ob affectu non naturalem neque humanum non sunt veniam digna. Quia sunt que ebrios aut iratus faciunt: hec enim non sunt ob ignorantiam sed ob ebrietatem aut iram licet ebrios et similiter iratus agat non sciens sed ignorans. Unde et pro ignorantiae penas legislatores instituerunt teste Aristotle. iii. Et hinc: si quis ignorantis sibi causa fuerit. Et ob hoc ebrios duplci pena afficiendos esse iudicari: quoniam in ipsis potestate est ebrietate vitare que ignorantia est causa. Unde etiam eos qui aliquid ex ignorantia legibus continent que quidem scire oportet: sunt difficultia cognitio. ¶ xxij. Distribuens plus

68  
xvi.

69  
xvii.

70

xviii.

xix.

71

xx.

ebrii duplci poena  
afficiendis  
xxi.

# Justicia.

¶ Respondeo sc̄m Scotū in p̄logo. q̄ differunt adinīcētibus habitus artis & experti circa factibilia. Quia habitus scientie moralis sicut & artis sunt remoti ab operationibus nec immediate dirigunt operationem: cū sint vniuersaliū: operationes autē singulariū. Sed habitus prudentie & experti sunt immediate directiū operationis. quia sunt geniti ex frequētibus operationibus circa sin- gularia. Unde Aristoteles suadet: vt in agendis nō minus adhibeamus mē tem sententijs opinionebusq; quas habent sine demonstrationibus experti- fenes. vel prudētes: q̄ demonstrationibus philosophoz. quoniā ob experien- tiam optime vidēt principia agentioz. ¶ Et quoniā cōsultatio est principia lis actus prudētia. Ideo dicam quis est modus cōsultandi. que cōditiones bone cōsultationis. & qui sunt idonei ad consultandū. ¶ Presupponēdo igit̄ consiliū solū essi de his que a nobis agi possint sic vel alio modo. Dico pri- mo cum Aristotele. in. Ethicoz. Q̄ consiliū nō sit definitus sed de his que ad fines ipsos p̄ducit. Nec enī medie: si sanabit. nec orator si p̄suadēbit. nec reipublice gubernator si bene rectez legibus civitatem instituit. nec deniq; ceteroz quisq; de fine deliberat. sed omnes posito quodam fine. quēadmo- dum & per que fiat ille finis considerant. atq; si per plura posse fieri videtur: per quod illoz facillime optimeq; fiat p̄quirunt fin p̄ vnu: quo nam pacto p̄ illud fiat: & illud item p̄ qmd efficiat considerat: donec p̄ueniant ad aliquod a quo initiu operationis sumendū est. & illud erit ultimū in resolutione seu inventio- ne & primū in operatione. atq; sic cōsultantes si in aliquid inciderint quod fieri nequeat delistit a p̄posito. Ut si sit pecunia opus quas habere nō possint si aut̄ posse fieri videat: tūc agere agrediu. Ea vero dicimus fieri posse que p̄ nosipso fieri possunt aut p̄ amicos nostros. Ex quo patet. oēm cōsultationē esse quandā ratiocinationē seu perquisitionē: que p̄posito aliquo fine ex ipso

## 99 De cōfilio.

¶ Resupponēdo igit̄ consiliū solū essi de his que a nobis agi possint sic vel alio modo. Dico pri- mo cum Aristotele. in. Ethicoz. Q̄ consiliū nō sit definitus sed de his que ad fines ipsos p̄ducit. Nec enī medie: si sanabit. nec orator si p̄suadēbit. nec reipublice gubernator si bene rectez legibus civitatem instituit. nec deniq; ceteroz quisq; de fine deliberat. sed omnes posito quodam fine. quēadmo- dum & per que fiat ille finis considerant. atq; si per plura posse fieri videtur: per quod illoz facillime optimeq; fiat p̄quirunt fin p̄ vnu: quo nam pacto p̄ illud fiat: & illud item p̄ qmd efficiat considerat: donec p̄ueniant ad aliquod a quo initiu operationis sumendū est. & illud erit ultimū in resolutione seu inventio- ne & primū in operatione. atq; sic cōsultantes si in aliquid inciderint quod fieri nequeat delistit a p̄posito. Ut si sit pecunia opus quas habere nō possint si aut̄ posse fieri videat: tūc agere agrediu. Ea vero dicimus fieri posse que p̄ nosipso fieri possunt aut p̄ amicos nostros. Ex quo patet. oēm cōsultationē esse quandā ratiocinationē seu perquisitionē: que p̄posito aliquo fine ex ipso

## Cōsultatio.

# Consultatio.

Velut principio perquirit media utilia ad consequendū illum finem propositum. Et quod dictum est de cōsultatione intelligendū est etiā de prudentia. Nam et ipsa solum est de his que perducunt ad finem propositū teste Aristotele. vi. Ethicorum. Scotus aut in tertio dist. xxxvi. limitans dicrum Aristotele dicit prudentiā et consilii etiā esse de finem tamē in vniuersali: quia sic non est cōsultabilis ut dicta est sed in particulari. Quod probat duplificiter. Primo sic. Virtus moralis semper sequit ordine nature aliquā prudentiā. Ex electione aut finis particularis pura castitatis generalis virtus moralis. et tēperantia vel aliqua species eius. ergo circa fine illum particularē et electio et prudentiā et p. consequēs consilii. quia ut dicta est Electio nō fit sine consilio. Consilii aut est actus prudentie. Secundo. Virtus moralis est vna vnitate finis. ad cuius electionē principaliter inclinat. Si aut ad dictandum de illo fine nulla esset prudentia: sed tantū de medijs ad illū finē: nō posset assignari vna obiectū a quo accepitur vniuersitas prudentiā: quia essent tot quod media p. que venit ad finē. igitur ubi esset vna tantū virtus moralis: ibi essent multe prudentiā: quod falso est. Qua ppter credit Scotus. prudentiā etiā esse de fine particulari. ¶ De secundo Aristotele. vi. Ethicorum p̄supponē bona cōsultationē esse rectitudinē consilij. Et quoniā nō oīs rectitudo consilij est bona cōsultatio. Incōrīmenē enī et prauis quādō cogitādo inuenit media quibus cōsequitur suū p̄positū malū: et recte cōsultat sed nō bene. Ideo ad hoc ut recta cōsultatio sit bona simpliciter. necesse est ut habeat quatuor conditiones. Quarum prima est. ut sit ad bonum finē. Secunda. ut sit per media bona. Sicut enim p̄tingit quādōq; ex falso sequi verū. ita ex medio malo finē bonū. Sed tūc nō est bona cōsultatio. Tertia. q̄ siat oportuno tēpore. Bona enim cōsultatio dicitur illa rectitudo consilij: quia quispiā assequitur: quod oportet: et ut oportet: et quādō oportet. Quarta. q̄ sit ad talēm finē: qui est simpliciter finis. Si enī siat ad aliquā finē particularē: dicitur q̄dam bona cōsultatio: nō absolute bona cōsultatio. Cum ergo bene cōsultare sit prudentiā. Ideo bona cōsultatio est ea vere existimatio: cuius prudentia est principiū: quia sit p̄cessus p. medium bonū ad finē bonū. ¶ De tertio dico. Q̄ iste est ad bene p̄tulendū simpliciter aptus. qui r̄iectura qđ est homini optimū coꝝ que cadit in actionē excogitando mēre capere potest. Et cū prudentia nō solum sit vniuersaliū sed etiam singulariū: quoniā est actina. actio autē circa singularia veritatē. qua ppter quidam nō habētes scientiā vniuersaliū magis quibusdā habēbūs scientiam sit idonei ad agendum: si fuerint in agēdis exprī. Et hoc etiā testat Aristotele. primo Metaphysici. dices. Exptos no artifices certins opari artificib; inexcptis. Nam si quispiā sciat oīs leues carnes facile p̄coqui seu digeri et esse salubres q̄ vero in particulari sint leues carnes ignoret: nō efficit sanitatē. sed qui scit animalia carnes esse leves atq; salubres: is magis efficiet. quare vtrāq; cognitiōnē: hoc est vniuersaliū et particulariū habere oportet ad agendum. aut si vtrāq; habere non poterimus: hanc que est particularium potius habere debemus. ¶ Ultimo. scire oportet de sapiētia qđ ipsa duplicitē accipit. Quādōq; enim tribuit his hic qui exactissimi sunt in aliqua arte. Ut apud antiquos Phidias dicebat sapiēs sculptrorū lapidā. et Polycletus sapiēs statuarius. Et hec est sapientia particularis. Que nihil aliud ē q̄ vīt̄ seu pfectio ipsius artis p̄sumata. Alios autē dicim⁹ esse sapiētes simpliciter: et nō ex aliqua parte: sicut Anaxagoras et Tales dicebant sapiētes. Et hec ē certissima cognitionē: nō quorūcūq; sed honorabilissimoz in mundo: qualis est Metaphysica et Theologia.

101

Prudentia et  
siliū de fine sūt  
nō solū in vli  
sed etiā p̄tici  
lari.

100

Loditiōes bo  
ne cōsultatiōis

101

Idonis ad cō  
sultandū.

Sapientia du  
plicitē accipit.

## Vita activa & cōtemplativa.

102. **C**Enim uero cum plures sunt virtutes ut diximus. Constat alias ad ociosam vitam in contemplatione repositam. alias ad negociosam & ciuilem esse aptiores. Sapientia em & scientia et intelligentia contemplatiū alunt. Prudētia vero in omni actione dominat. Utraqꝫ sane vita laudes cōmendationesqꝫ proprias habet. Contemplativa quidem diuinior plane atqꝫ clarior. Activa vero in cōmuni vtilitate prestans. Itaqꝫ vel in priuata vel publica re quecūqꝫ excellenter et cum laude queqꝫ pro vtilitate/aut nostra/aut patrie/aut hominum nobis charissimorum agimus. Ea quidem omnia a prudētia et ab his virtutibus que sunt cum prudentia copulate descendunt.

103. **F**ec est sexta particula. In qua Leon. scđm distinctionē virtutū intellectuarum in cōtemplativas & activas distinguit duplex vitā. Quārū altera est ociosae cōtemplativa. que cōsistit in cōtemplatione rerū humanarū & diuinarū. Et ad hāc prīment tres virtutes speculative & maxime sapientia. Altera negotiosa seu activa. que etiā cīviliſ dicit. & cōsistit in operatione prudētiae & virtutis moralium. Deinde cōparare eas ad invicē. & ostendere propriā vtriusqꝫ laudem cocludit omnē laudē honeste actionis desēdere a prudētia & a virtutibꝫ ipsi copulatis. ¶ Līcra hunc texū tria brevissime dicā. Prīmū dictū. Secundū duplē vitā. & uplex distinguitur felicitas ab Aristo. x. Ebi. Quādā em felicitas cōtemplativa. q̄ cōsistit in operatione intellectus speculari ei phabitū sapientie. hoc est. in contemplatione substantiarū separatarum. Quādam activa seu cīviliſ que est in operatione prudētiae & virtutū moralium. ¶ Secundū. Vita cōtemplativa p̄fertur merito vīc actīve. q̄ vīs activa in cōmuni vīlitate sit iſtantia. hoc est ad rem publicā cōseruandā vīlior. vt hic dicit Leon. Et Līcra in fine primi libri de officiis. Quod etiā videtur Aristo. sentire p̄mo Adēras bīsi. vbi p̄ferens habitum sapientiā seu scientiam. Adērāphīſice ceteris habitibꝫ seu sciētia. dicit alias sciētias a Adērāphī. vīliores quidē esse. digniorē vero nullā. Prīmā partē huius dicti Arīst. x. Etbicoꝫ probat pluribus rationibꝫ. Quārū Prīmā est hec. Quoniam vita cōtemplativa inest homini per partē q̄ in ipso est iſtantissima & diuina. videlicet per ipsam mentē. Et versat circa entia nobilissima & felicissima. Secunda. Quia hec vita maxime potest esse cōtinua. Nam cōtemplari magis cōtinue ḡ age. re quodvis possumus. Tertia. Quoniam est iocūdissima & felicissima. Vocundissima em est ea operationū que per sapientiā prodit. Nam sapientia mirabiliter in puritate. tum certitudine voluptates habet. Quarta. Quoniam vita con-

Selicitas  
cōtemplatīva.  
Selī. activa.

Quidit si vita  
cōtemplativa ac  
tive sit p̄fren-  
da an exilio.

## Vita p̄teplatiua p̄fertur actiue.

templatiua sola videtur amari ppter scipsum. Ex ptemplatione enim veritatis nihil aliud queris ppter ptemplatū esse. Vira aut activa cū sit negotiosanū ppter se sed ppter aliud amat. Negocia em suscipimus ut oculū q̄q̄ habeamus. Unde sicut bellū ordinat in pacem. Bella em gerimus ut in pace vivamus; ita vira negotiosa seu activa ordinat in ociosam seu contēplatiuam. Quoniam ptemplatiua magis est per se sufficiens q̄ activa. Vira em pteplatiua minus indiget bonis externis q̄ activa. Et licet in his que ad pseruationē vite et corporis parum differat tamē in opationibus multum. Ad opationes em virtutū moralium et maxime exteriores sine quibus nō sunt manifeste interiores electioes voluntatis: multa sunt necessaria. Nam liberali ad liberalitatis opationes exercēdas, et iusto ad retributioes pecunijs opus est. Forti autem potētia, et ita de alijs virtutibus moralibus, ad quarum actus multis opis, et quo maiores sunt eo pluribus indiget. Ad ptemplationē vero nō solū hec nō sunt necessaria. Veruetia faciūt impedimentū, licet ptemplator h̄c ipso quo homo est atq̄ cum pluribus vivit: experitq; ea agere que a virtutibus moralibus p̄ficiuntur indigeat bis que ad ea agēda spectant. Natura nāq; per se nō est ad ptemplandū sufficiens: sed et corpus sanū esse optet, et alimēta reliquias familiatū adesse. Nō in putandum est multis ac magnis ptemplatori opis fore, ut dictū est. Sexta. Quoniam dīj quoz vita est optima et felicissima hac sola vita viuit. ut ibidē Arist. pbat. ubi citā ostēdit sapientem dīj esse amicissimū. ppter hoc. quoniam maxima cura excolit suā mentē: que dīj maxima chara est ranq; ipsia cognata. Nam si dīj curam humanaꝝ rerū aliq; habent: rationē sententia est iplos eo gaudere quod est in homine optimū: maximeq; ipsis cognatū. Tertium. Virtutes prudētie copylate sunt virtutes morales ut infra dicet. Annectūtur etiā prudētie alij tres habitus velut species eius qui Grece vocant Eubulia Sinesis et Bnone. Latine aut bona cōsultatio sagacitas et sentētia. Et distinguuntur scđm opa prudētie. Que sunt tria. videlicet recte cōsultare: de his que recto sc̄lio sunt inuenta. recte iudicare. recte inuenta iudicataq; precipere. De qbus tractat Arist. vi. Ethī. Unde bona cōsultatio sua Eubulia: est prudētia qua recte ad totius vite bonum via qua optet et tēpoze congruenti cōsultamus. et hec respicit primū prudētīe opus. Sagacitas sua Sinesis. est prudētia qua circa ea que vi plurimū in legis positione institutioneq; accidit recte iudicamus. Sentētia aut seu Bnone prudētia est. que in qbus lex ob pñlū sale deficit recte iudicat. Et hec species ad scđm prudētīe opus prīnent. Ea vero prudētia que ad recte cōspondū ea que rite indicata sunt est preceptiva. tertioq; respōdet operi prudētīe nō habet speciale nomē quo vocetur impositum sed cōmuni nomine prudētīe nūcupatur: et nullo adiecto prudētia dicitur.

104

Tria opa prudētie.  
Bona cōsultatio

Sagacitas.

Sentētia.

Bed illud ante omnia intelligendū est. nisi bonus sit vir prudētīe neminē esse posse. Et ēm prudētia vera existimatio et circa utilitatem. Vera aut existimatio incorrupta est: tales vero ipse res quales reuera sunt. nisi bono viro videri non possunt. Improboz siquidem hominū iudicia perinde sunt

105

## De prudētie connerio

ut egrotantū gustus qui nulla ferme in re verum saporem agnoscunt. Itaq; nihil est omnium cui magis officiant vicia morum q; prudētie. Scelustus enim et flagiosus homo veras mathematice demonstrationes et phisice noticiam retinebit. Ad prudētie vero opera omnino cecatur. et lumen virtutis in hac via amittit. Etq; constat et hunc nihil velle nisi bonum at in illo ipso calligat oculi q; bona putat que bona non sunt. Videamus alios tyrannide inhabentes. Alij rapinas fraudesq; meditantur. Nechi vero isti et pederaste quid est quod pro libidine explenda nō pretermittat. his si forte deus aliquis cupiditatē illā morbiq; animi euallat ac viri boni mentem iudiciorū infundat tanq; resipescentes lumenerū recipientes: quantis in tenebris versati sint recognoscunt: suumq; ipsi maxime detestabunt errorē. Proposita enim nobis in omni vita felicitas est: eiusq; cupido nobis ingentia. Ad hanc non per vicia et libidines: que nec laudem in se habent ullam nec quietare animum possunt: sed per virtutes modestiamq; ascenditur. Bono igitur viro rectum expeditum iter est ad felicitatem. Solus enim hic nō fallitur neq; aberrat. Itaq; is solus bene vivit et bene agit. Malus autem contra. Si ergo beati esse volumus operam demus ut boni simus virtutesq; exerceamus.

**C**In hac ultima particula declarat coniunctionem prudentie cum virtutib; moralibus: propter quā nemo potest esse prudens nisi sit vir bonus. Et hoc ostendit talis ratione. Prudētia est vera cōstīmatio seu iudicium non corruptum circa res utiles. sed huiusmodi iudicium nō nisi viro bono inest. quod probat assimilando iudicia praeceps gustui egrotantia. qui quoniā infectus est malis humeribus: praeceps habet iudicium de saporibus. Ex qua ratione inest

## Ad virtutes morales

corollarū ibi. Itaq; nihil est omnīū cui magis. Et illud probat ibi. Scelus cū & flagiosus. Deinde docet viciōsum nō solum errare eligēdo sed etiam eucircū indicando ea esse bona que bona non sunt. vt exemplo ostēdit de tyrannis. rapacib; mechis. & petulātibus. Ultimo epilogo colligit de terminata in hoc libro. & horatur ad colendas virtutes et fugienda vicia.

¶ Ut hec que dicta sunt de cōexione prudētia ad virtutes morales sint manifestiora. Quatuor dubia de hac ipsa re discutit scdm intentionem Scoti. xxvii. dist. tertij. quoꝝ Primum est de cōexione virtutum moralium inter se. Secundū. de cōexione cuiuslibet virtutis moralis ad suā prudentiā. Tertiū de cōexione omniū virtutum moralium cum vna prudentia. Quartū. quod ad hūc terciū magis pertinere videt de cōexione prudētia ad virtutes morales.

¶ Primum dubium. Vtrū oēs virtutes morales sic sunt ḡnere inter se vt nullā carum sine alijs haberi possit. Ad hoc dubium respōdendo pono qnq; dicta.

¶ Primum dictū. Virtutes morales non sunt sic connexae quin vna possit esse pfecta sine alia. Quod patet. Quia vnu homo plus naturaliter inclinat ad vna virtutē q; ad aliam. & sic poterit exercitari circa opera vniuersi virtutis & nō circa opa alterius. & ideo generabit in ipso vna virtus moralis & nō alia. Et ppter hoc dicit Aristo. vi. Etibi. Qd idem nō est optimē natus ad omnes virtutes suscipiendas quare alia ad quā aptus est iam accepit alia nō accepta.

¶ Secundū dictū. Una virtus moralis potest haberi in summo gradu sine alia. Probatur. Quia vna virtus est aliqua pfectio hominis sed nō totalis. ga sic alie supfluerent. i.g. partialis. quādū aut sunt plures pfectiones parciāles idem pfectibile potest esse simpliciter pfectū sīm vna pfectionem in summo & simpliciter imperfectū scdm alia. Sicut patet in homine cui puenit habere multas pfectiones organicas. potest eī habere vna pfectionē in summo nūbil habendo de alia. Ut esse summe dispositus quo ad vñum vel gustū vel olfactū nūbil habendo de auditu. i.g. potest aliquis habere pfectionē respectu materie tēperantie in summo: nūbil habēdo de perfectione qui re quireat respectu materie alterius virtutis. & psequens potest esse simpliciter tēperatus: erit quantū ad quēcumq; gradū tēperantie. Licit nō sit fortis vel magnanimus & sic de alijs.

¶ Tertiū dictū. Plures virtutes morales non possunt simul generari. nō enim possunt haberi duo actus pfecti generatimi duarū virtutū. sed necessario prius vna acgritūr q; alia. nec potest dici q; generata vna generent alie necessario per cōcomitantia. quia sīm hūc modū qlibet virtus esset ratio essendi virtutē alijs. psequens est falsum. ergo & antecedēs. pbatio psequētiae. Quia si habit̄ fortitudinis nō est virtus nisi in quantum pcomitās temperantia est ratio illi habitui essendi virtutē. & pari ratioē eōuerso tēperantia vt pcomitās erit fortitudini ratio essendi virtutē. igitur qlibet generalit̄ erit ratio essendi cuilibet virtutē. psequens est falsum. quia se queret. q; aliqua erit virt̄ ante q; sit virt̄. & ita nulla pma virt̄. & psequens nulla virt̄ erit.

¶ Quartū dictū. Licit vna virt̄ possit esse pfecta sine alia ut dictū est. nō tamē pfecte ducit ad finē virtutū: nec pfecte pterat sine alijs. Nec homo simpliciter est moralissim⁹ habeat omnes vntures morales. Sicut nō est perfecte sentiēs simpliciter nīsi habeat omēs sensus: sed nō est minus pfecte tēperatus: licet sit minus pfecte moralis. Sicut nō audiēs: nō est minus pfecte videns: licet sit minus perfecte sentiens. Et hec est quod dicit Aristo. ubi supra scdm quas aliquis dicitur simpliciter bonus nō ptingit separari. Unde sicut vnu sensus nō pducit hominē pfecte ad finē sentientis.

160  
Si virtutes iter  
se ḡnere sine qn  
q; dicta.

Sedm.

Tertiū.

Quartū.

# Virtutū conmerio.

fic vna virtus nō perducit perfecte ad finem virtutum. licet quelibet virtus quantū in se est pducat ad propriū finem. oēs autē requirūtur ad perfecte perducendū. ¶ Quintū dictū. Virtutes morales recte a commentatore super. vi Ethicorū dicunt̄ sorores. Nam sicut sorores mutuo se iuant ad convivendū licet vna nō sit alteraneē essencialiter pfectit alterā. Ita iste virtutes bene iuant se ad saluandū se mutuo. Et in hoc potest intelligi dictū quorundam. Q̄ vna nō est tuta sine alia. quia non ita bene salvat sine alia. Nam homini exp̄o si multis tempestatibus circa diversas materias: imperfecto circa vna materialē potest esse occasio imperfecte agendi circa aliam. et pfecta dispositio circa vnam materialē inuitū innat ad recte agendū circa aliam. Quāt̄ ergo se mutuo sicut sorores: sed nulla est requisita ad perfectionem essentiale alterius.

¶ Secundū dubiū. Utrum quelibet virtus moralis habeat propriā prudentiā cui sit conexa. Respōdeo ponendo tria dicta.

¶ Primum. Connexio cuiuslibet virtutis moralis cum sua propria prudentia est necessaria: sicut regulari ad suam regulā.

Pater primo ex definitione virtutis moralis. in qua dicit. quod sit habitus electius scđm rectā electionē et pfecta virtus sapiens determinabit.

Secundo ex ratione prudentiae. Prudentia enim nihil aliud est q̄ in rebus agēdis recta illa ratio que morales moderat virtutes. queq; extrema fugiēs in mediocritate quadā laudabili cōsistere facit. ergo nulla moraliū virtutum absq; prudentia esse potest.

¶ Secundū dictum. Licet ex frequēter sic operari videlicet si in aliquo existēt ratione erronea voluntas eliciat actum ptra iudicium rationis circa materialē temperatię generet quedā qualitas: que na-

ta est esse coneoz̄ recte rationis est virtus: si haberet rectā rationē in ope-

rante cui esset cōcōrs. tamē quia nō est rectum dictamē in illo: deficit regula opationis recte. et ideo electio que nata est esse recta. nō est recta. quia nō est regulata. et per cōsequens si generet qualitatē aliq;. illa tamē non est habitus

electius scđm rectā rationē. et per psequens nec est virtus.

¶ Tertiū dictū. Licet inconueniens est in moralibus. q̄ unus actus ultimus generet duas

virtutes morales. tamē hoc nō est inconueniens in virtute morali: et sua pru-

dentia. quia ille actus qui generat prudentia in ratione regulariū: generat etiam temperantiā in ratione regulati.

Et ex hoc apparet. quod actus voluntaris etiam rectus si nō sit elicitus formiter ad rationē rectam nō est actus virtutis: quia nō haber rationem virtutis nisi ex ratione regulati. nō sic dici potest cōparando temperantiā ad fortitudinē. quia fortitudō non est regula tempe-

rantiē neq; econverso.

¶ Tertium dubiū. Utrum oēs virtutes morales sine connexione cum vna prudentia. Respondendo pono tria dicta.

¶ Primum. Sicut ars respicit factibilia: ita prudentia agibilita. nec erit maior conmerio agibilium. vt respiciant ab uno habitu q̄ factibilium. sic ergo diversa factibilia requirūt diversas artes proprias: ita diuersa agibilita diversas prudentias proprias.

Et sicut aliquis potest esse moraliter bene asuēfactus circa aliqua agibilitate male circa alia. vt in primo dicto primi dubii dictum est. Ita

etiam in dictando potest esse habituatus ad recte dictandū circa ista et nō cir-

ca illa. cū nec ista sint principia ad dictandū de illis. nec cōclusiones sequen-

tes ex eis.

¶ Secundū dictū. Sicut omnes habitus Geometrie parcialis

pertinent ad unā scientiam vniuersalē in qua est vniuersitas nō formalis sed vir-

tualis. quia sicut habitus ille qui est de primo obiecto est formaliter vnu. et

est virtualiter omnī illorum que continent in illo primo obiecto: licet nō sit

formaliter omnī illorum. Ita ille habitus qui est formaliter aliquiū finis in

Quintū.

107

Trib⁹ dictis re  
soluit: an q̄libet  
xt⁹ moralē hēat  
ppriā prudentiā  
cui pnexa sit.

Scđm.

Tertium.

An oēs xtutes  
moza. sunt i vna  
prudētia pnex.

108

Scđm

## Virtutum conuenio.

aliquibus agilibus est virtualiter omnium illoꝝ quoꝝ cognitio practica vir-  
tualiter continet in illo sine licet, non sit formaliter omnium illoꝝ. Et ita una  
prudentia est virtualiter omnium virtutum extendendo nomen prudentie ad ba-  
bitum illum qui est intellectus primi principij practici. Et secundum hoc potest  
exponi illa auctoritas philosophi in . vi. Ethicorum. Prudentie vni existentis  
omnes incurunt. Vel si loquimur ibi de una prudentia formalis, sicut debet intelligi  
q̄ illi existentis vni non tantum secundum intentionem sed etiam secundum exten-  
sionem omnes incurunt. Numq; aut̄ est perfecta extensio quantū potest esse: nisi  
sit perfecta circa omnia illa ad que potest se extenderet. et illa sunt omnia ob-  
iecta ad quascūq; virtutes morales pertinētia. Alio modo potest exponi  
illa auctoritas non de unitate formalis sed de unitate generis. sicut enim tempe-  
ranta apud philosophum dicitur esse una virtus et fortitudo alia formaliter. et  
veraq; tamē illarū est quoddam genus intermediū habens sub se multas spe-  
cies: sicut dictum est p̄ius. Ita prudentia correspondens isti cōnumerationi  
vel coordinationi generū intermediorū: potest dici una ppter unitatē gene-  
ris intermediū licet cōtinet sub se multas species. Et sic intelligēdo unitatē  
prudentie vni prudentie secundum genus omnes virtutes morales sunt connere  
prout sibi secundum quācunq; suam speciem aliqua virtus est apta. et hoc suppo-  
nendo primum dicunt: secundū dubium: de cōexione cuiuslibet virtutis ad unam  
prudentiam. Quartū dubium. Utrum prudentia sit cōncreta sic virtutibus  
moralibus: vt sine illis non possit esse. Ad quod respondō pono duo dicta.  
Primum. Stante iudicio recto in intellectu: potest esse prauitas in voluntate  
et ita cum prudentia generetur ex iudicio recto rationis: potest generari pru-  
dentia in intellectu absq; habitu virtutis moralis in voluntate. Quod probat  
dupliciter. Primo. Quia rectitudo intellectu in considerando non necessario  
habet per coconitanū volitionem rectam: quia alias non oportaret suadere  
alicui vt ageret opera virtutis sed vt consideraret secundum habitum virtutis.  
Nam per aduersarium considerando recte secundum habitum prudentie: volu-  
tas non posset simul non esse recta. et ita non oportaret suadere alicui de recte  
volendo. sed de recte considerando. Secundo. Quia intellectu recte dictante  
voluntas potest nihil eligere: potest non eligere quod dictatur ab intel-  
lectu nil autē eligendo non generatur in ea virtus aliqua. sed ex recto dicta-  
mine generali prudentia. igitur prudentia generalis sine aliqua virtute moralis.  
Secundū dictum. Philosophus dicens q̄ est impossibile hominem esse  
prudentem nisi sit bonus. loquitur de prudentia simpliciter sumpta. Nullus  
enim potest esse simpliciter prudentis respectu omnis virtutis nisi sit bonus.  
Excecat namq; malitia intellectu dupliciter. scz: prauitatem et positivam. Prava-  
titate quidem auerendo intellectu a recta consideratione. Voluntas enim eligens  
expositū alicuius recte dictationē permittit intellectu diu stare in illo recto  
dictamine: sed auerit ad considerandū aliquid a iudicē imperitū: vt sine dis-  
plicientia et consciēti remorsu operetur quod sibi libet. Positiva: et ait excecat  
quia sicut voluntas recte eligens finem: pura castitatem vel beatitudinem pre-  
cipit intellectui considerare illa que sunt necessaria ad illum finem ex quibus  
considerationibus generali habitus prudentie. Ita voluntas præstituēs malā  
finem imperat intellectui considerare media vel ratiocines apparentes ad se-  
quendum illum finem: pura ad delectabilia persequeāda et terribilia fugienda.  
ex quibus considerationibus generali habitus imprudentie seu stultitie: que dire-  
cte opponitur habitui prudentie. et est error in agilibus. licet non circa ipse-

V. prudentia nō  
possit ēē sine x  
entib⁹ moralib⁹

109

Scdm.

110

k iii

## Conclusio libri.

ulationem. et sic voluntas mala excecat: non quidem faciendo errare intellectum circa principia prima practica inse considerata: cum sint nota ex terminis: sed faciendo intellectum habere habitu considerandi omnia media ad malum finem: impediet ipsum a consideratione principiorum. et ne frequenter applicet ipsa principia practica ad particulare agibile. et sic non potest generari habitus prudentie simpliciter sumpit ex dictaminibus intellectus: licet generetur aliqua particularis prudentia respectu alicuius virtutis.

S I N I S.

**A**bunde iam tradite sunt leges ac precepta bene vivendi. Id reliquum est: ea studiose seruare: et vitam secundum eorum traditionem instituere. quod incentissima opera facere debent: qui ex hac disciplina quem prestat fructum assequi volunt. Ea enim est huiusc artis precipua cura. ut hominem ad suum propriumque finem perducat. et quam maxime potest bac in vita perfectum reddat. Id autem prestat non his qui virtutum proprietates officiorumque differentias verbis discutiunt. sed qui ea exequuntur ac opere implent. Preterea. quoniam opera sine verbis laudi dantur et sunt ad permouendos animos efficacia. Circa enim vitam magis operibus quam verbis creditur. Et propterea opera sine verbis prosunt: verba vero sine operibus non modo non prosunt sed et vehementer officiunt: vitamque detestabiliorum reddunt. Quocirca enitendum est non de virtutibus grandia sonare sed facere.

## Adam de Bochyn Artium et medicine

doctor sacre Matematatis Regie Polonie medicus. Nonnon rector  
incliti Eracomentis studij. Eruditissimo viro domino Jo.  
anni de Stobnitz artium magistro. S. P. D.

**I**ngenua tui acrimoniam ingenij eggregio et immortali proposito excitata et ex contemplatione pectore tuo ad viuum studiū excusa in Aretini viri lepidissimi ac eruditissimi salibus consparsam traductionem Philosophie moralis principis Peripatheticorum cōmentaria accurate congerenda que cum terre cum climated litteratura edita esse. et oppido quam verbis et sententijs (si quidem familiaribus) tuo tamen correspondere cernuntur Aretino. ut et prouincioribus et tyronibus ad annus ingenij quadrare possint. ita adaptasti illa veluti coturnum utrīcū pedi equalē. et illas umbras scabrosas Philosophie merum quibus ob vetustiores steriles translatiōes fuerat obvoluta hac interpretatione doctissime Joannes abduristiūs nunc auditoribus et posteris. ut deinceps morum scientia cuncris magis lepida graciolaque erit. quam Sedulius lectores a suo reicabant gremio legendi fastidio defessimodo sine calle et sine labore non legent tantum sed leporibus indutam relegant. Sic cam illustrasti. ut quantum tu illi dum nouis miles litterarum fueras debebas: tantum tibi ipsa ob tuam explanationem debet. Possum fateri te non meliorēm interpretandi matrem babere potu-

asse: vt te et ipsa non degenerem elucidatorem. Hanc tu nobis ex voto animi dicatam obtulisti. tanq; Decennatē hoc munere onerando. quum tamē Decennatis beneficio non satis tibi reddere possumus: quis tu Māaronis officio satis feceris. Et si quid beneficij in te collatum profiteris: tu virtuti et crudelioni tributum existimes. et ea per te cōmemorata humanitate nostra non satis tibi factū putamus. Maiora tua nobili virtutē debemus: semper quasi ipsi devicti debemus. Vale mi Joannes et immodece nos amarmodice aut landa. Eracouie. xx. Januarij. Anno a Natali Ēchristiana. M. LXXX. x.

**C** Numeri in hac tabula appositi/partim circa textum partim circa cōmentariorum querendi sunt. Sepe etenim idem numerus bis ponit. semel circa textū: et iterū circa cōmentariorum eiusdem textus. quādoq; etiam circa dicta Aristote lis in cōmentario tertio replicat. vt in numeris. 46. et. 47. de Fortitudine et Lēperantia. Licet per incuriam tertia repli catio obmissa est numeri. 46. apponendi circa primū dictum de Fortitudine: folio. d. iij. facie. ij.

Item c. iij. facie. ij. linea. xj. Ornitā. pro Priennā

Item d. j. facie. j. circa textū in margine posita. 44. pro. 39.

Item d. iij. facie. ij. linea. xl. suscipienda: pro sustinēda. Eadē linea: viuendi: pro vincendi.

Item e. ij. facie. j. linea. xx. spisse: pro sepiissime.

Item f. iij. facie. ij. circa cōmentarium falso interponit. ss. et ideo expungatur.

Item g. iij. facie. j. linea. xxxvij. sola: pro tota.

Letera errata (si qua superant) ut deprehēdantur sunt far cilia.

# Index p̄tentior in hac introductiōe.

- Actus voluntatis elicitus et imperatus quid sunt. 4  
Appetitionis humanae quies naturalis in quo est. 19  
Affectus seu passionis definitio. 42  
Affectionum seu passionum nomina et numerus. 43  
Appetitus sensus assimilatur puer. 47  
Audax quis sit et que sunt eius proprietates. 46  
Avaricia quid sit et que eius species et proprietates 48  
Aleatores sunt illiberales seu auari. 48  
Ambiciosus quis sit. 49  
Ambiciosus cur quādoq; laudat quādoq; reprehendit 49  
Affabilitatis obiectum et extrema. 56  
Amicitia differt ab affabilitate seu humanitate. 56  
Amicitie proprie dicte species. 56  
Amabile triple. 56  
Amicitia vera nō est nisi inter bonos. 56  
Arrogantis proprietates. 57  
Aoulatores et assentatores qui sunt. 56  
Appetitus naturalis sensitivus et intellectivus. 86  
Quare cuilibet potētie cognitiae corrīdet sua appetitia. 86  
Appetitus cōcupiscibilis et irascibilis nō solum inueniuntur in parte sensitiva sed etiā in parte intellectiva. 87  
Appetitus sensitivi habitus morales. 89  
Appetitus sensitivus recte assimilat equo iudomito. habitus moralis in eo sicut frenum equo impositum. 90  
Ars et prudentia conueniunt et differunt. 97  
Ars et experientia differunt. 98

## B

- Bene vivendi consumatio in quo consistit. 18  
Bonorum tria genera. 32  
Bonitas moralis duplex. 40  
Bonitatis moralis definitio. 44  
Bestialitas/feritas vel imanitas diuidit scđm differentias viciorum et in exuperatione et in defectu constitutoꝝ. 79

## L

- Circūstantie prudentie. 41  
Lupititates cōmunes seu naturales et proprie et quomodo fit peccatum in ytrisq;. 47

Lupit.  
Comit.  
Aliter co.  
bie qui.  
Non equ.  
Endic.  
Contrac.  
Constan.  
Lontin.  
tatee.  
Lontin.  
Lonsia.  
Lonsif.  
Lonsif.  
Bobci.  
Dialog.  
Duri.  
Dillim.  
Distrib.  
accip.  
Erro.  
Epic.  
Ebaz.  
Epiku.  
Esper.  
Electio.  
Electio.  
Eubnla.  
Finia cog.  
Fines pl.  
Finis et b.  
Finem vi.  
Finis vici.  
Frutio.

## Inder.

- Lupiditas cur similis est puer. 47  
Lomitas et yrbanitas. 58  
Aliter congregendū est cum hominibus priuatis aliter cū  
bis qui in dignitate positi sunt. 56  
Non eque cura habenda est familiariorz et extēnroz 56  
Lūnlis societas nō potest esse sine permutatione rerū. 66  
Continentia et incontinentia. 77  
Constantia seu perseuerantia. 79  
Continentia et incōtinentia proprie versantur circa volup  
tates gustus et tactus. 81  
Continentia et incōtinentia bestialis. 82  
Consuetudinē mutare facilis est q̄ naturam 83  
Consiliū et prudentia quoz sunt et quis est ordo consilij. 99  
Consultatio bona quid sit et quas habet cōditiones. 100  
Ad bene consulendum aptus. 101

## D

- Dialogus. 16  
Duri difficultes contentiosi. 56  
Dissimulatio quid sit et in quibus vides esse arrogātia. 57  
Distribuens preter dignitatē iniuriā facit et non plus equo  
acciens. 72

## E

- Error hominī vite vnde fit. 17  
Epicuri opinio de felicitate. 31  
Ebrietas peccantem non excusat. 71  
Epikeya seu equitas et bonitas. 75  
Expetendoz quatuor gradus. 79  
Electionis principium. 85  
Electio homini cōuenit sed nō deo neq̄ bestijs. 94  
Eubulia seu bona consultatio. 104

## F

- Finis cognitio multum cōfert ad eligenda media. 25  
Fines plures subordinati sunt. 26  
Finis et bonum idem. 26.  
Finem ultimum necesse est esse. 27  
Finis ultimi tres cōditiones. 28  
Fruitio. 28

# Index.

- Causalitas Finis p̄cedit causalitates oīm alias causas. 29  
De Felicitate diversae opiniones. 30  
Felicitatis definitio. 32  
Felicitas actina et contemplativa. 32 103  
Fortitudinis extrema et actus. 46  
Fures et oēs turpi q̄stu gaudētes illiberales seu auari sūt. 48  
Facecie urbane et scurries. 58  
Fugiendorum quatuor gradus. 79  
Fortitudinis laus. 46  
Fortitudo magis respicit metus q̄s fiducias. 46  
Fortitudinis noli vere seu metaphorice quinque modi. 46
- G**
- Gnōme seu sententia 104
- H**
- Honor est maximum exteriorum bonorum 51  
Humanitas eadem virtus que et affabilitas. 56  
Humanitatis differentia ab amicicia proprie dicta. 56  
Heroica virtus cōplectit oēs virtutes tā morales q̄s intel-  
lectivas. nec differt ab eis: nisi sicut excellēs a mediocri. 79
- I**
- Intemperancia proprie circa que est. 47  
Intemperancia cur maxime vituperatur. 47  
Illiberalis idem quod auarus. 48  
Ira quid sit. 52  
Ire exandescens reprehenditur. 53  
Ire aliqua est laudabilis contra Stoicos. 54  
Ire mediocritas laudatur. 54  
Ire modum ponere est difficile. 55  
Ab quarum virtutum actus confert Ira. 54  
Exuperationis Ire tres species. 55  
Ironia. 57  
Intentio est precipuum fundamentū bone actionis. 59  
Justicie diuisio in legalem et legitimam. 59  
Justicie legalis quatuor officia. 59  
Justicia legalis nō pars virtutis sed tota virtus est. 61  
Justicia particularis quid sit. 62  
Justicie viuiversalis et particularis puenietia et differētia. 62

## Index.

- Justicie particularis species. 63  
Justicia distributiva et cōmutativa quomodo differūt. 63  
Justicie medium differt a medijs ceterarum virtutū. 69  
Inter iniuriā facere et iniuriā pati equū est mediū. 69  
Iniuriā facere quomodo maius malū est q̄ iniuriā pati. 69  
Non omnis iniuriam faciens est iniustus. 70  
Indigentia est mensura valoris omnī rerum. 66  
Lui Ignorationi venia danda est. 71  
Aliud est agere Ignoranter. aliud ob ignorationem. 71  
Iustū politicū herile paternū et economicū in q̄ differūt. 79  
Jus naturale. Jus positivum quid sit. 73  
Jus et Iustum differunt. 74  
Quando summū ius sit summa iniuria. 76  
Incontinentis agit contra suam scientiam. 80  
Intellectus practicus et speculativus quomodo distinguunt. 84  
Incōntinentia temeraria facilius curatur q̄ deliberata. 83
- L**  
Liberalitatis obiectum et extrema. 48  
Quare Liberalitas est magis in dando q̄ accipiendo. 48  
Liberaliores qui sunt. 48  
Inter Lucrum et damnum incedium. 65  
Legis defectus unde habet ortum. 75  
Leges inique decreto boni viri possunt emēdari. 75
- M**  
Morales scientie tres. 11  
Moralis scientie subiectum. 13  
Mores. 14  
Moralis scientie utilitas. 21  
De Moribus libri Aristotelis. 22  
Moralis scientia quid precipit. 24  
Moralis scientie triplex consideratio. 25  
Medium rei et quo ad nos. 39  
Modestie obiectum et extrema. 49  
Magnificentie obiectum et extrema. 50  
Magnificentie a liberalitate differentia. 50  
Magnificentia presupponit liberalitatem et nō econtra. 50  
Magnifici officium et proprietates. 50

# IUDEX.

- Magnanimitatis obiectum et extrema. 51  
Ex Magnanimitate conferunt prosperitates fortune. 51  
Magnanimi proprietates. 51  
Magnanimitas ornat omnes virtutes. 51  
Magnanimus quomodo tenet extremū quomodo mediū. 51  
Mansuetudinis obiectum et extrema. 52  
Mansueti proprietates. 55  
Malum quomodo seipsum perdit. 55  
Morosus. 57  
Medie affectiones inter virtutem et vicium. 78  
Mollicies. 79  
Moralis scientia et prudentia differunt. 98
- M**ummus quomodo utilis est in mutatione rerum. 66
- O**stentatio quid sit. 57  
Obiectum appetitus cōcupiscibilis et irascibilis. 87
- P**hilosophia triplex. 1  
Philosophia practica quid sit. 2  
Praxis acceptio[n]es quatuor. 3  
Praxis definitio. 4  
Practicum et speculativum non eodē modo se habent ad scienciam et ad intellectum. 8  
Practica dividitur in actiūam et factiūam. 10  
Philosophie moralis utilitas. 17  
Philosophie moralis et naturali utilitas cōponit adiunice. 21  
Peripateticoꝝ sententia de felicitate. 32  
Peccare in agendo cur est facile. et recte agere difficile. 44  
Pusillitas. 45  
Prodigus quis sit. 48  
Pacientia quare ponitur nobile genus vincendi. 46  
Prodigus minus malus est auaro. 48  
Pauper cur non sit magnificus. 50  
Pusillanimitas quid sit. 51  
Presumptuosus seu inflatus opinione sui. 51 et 45  
Pietas quid sit. 54

# Index.

- Placiō qui vocantur. 56  
Perfectum biphariam diuiditur. 60  
Proporcionalitas arithmeticā et geometricā quomodo dif-  
ferunt. 63  
Permutationis rerum necessitas. 66  
Pēna talionis nō potest adaptari neq; ad iusticiā distribu-  
tiūam nec ad cōmutatiūā cōmerciōrum. 67  
Partes seu potentie anime. 85  
Principia tria virtutum et actuum ipsarum. 85  
Prudentie obiectum. 94  
Prudentie partes seu species. 104  
Prudens non est nisi bonus. 105  
Prudentie cōmercio ad virtutes morales. 109

**R**Repassio seu pena talionis si est iusta. 67  
Rusticitas. 58  
Retributio bonorū et malorū punitio maxime conseruat  
societatem ciuilēm. 68  
Ratio habet se ad appetitum sicut sessor equi ad equū. 89

**S**cientia speculativa. 5  
Scientia eadē non potest esse practica et speculativa. 7  
Stoicorum sententia de felicitate. 33  
Sumpturn exacta supputatio ad pusillitatē pertinet. 50  
Scurra. 58  
Sponte factum. 70  
Scientie obiectum. 96  
Sapientie obiectum. 96  
Sapientia capitur dupliciter. 101  
Sinesis seu sagacitas. 104

**T**Temperantie materia et extrema. 47  
Temperantis appetitus qualis est. 47  
Timoris definitio. 46.  
Temperantia cōseruat prudentiā et intemperantia eandē  
corrupt. 47.  
Tiranni potius impij et iniusti q̄ illiberales dicunt. 48

# Index.

- Via vite duplex. 20  
 Voluptas animi prefertur voluptati corporis. 31  
 Virtutes vie sunt ad felicitatem. 35  
 Virtus est habitus assuetudine acquisitus. 36  
 Virtutis definitio. 37  
 Virtutum divisio. 38  
 Vicium seu malicia excecat intellectum. 118  
 Virtutum moris et intellectus convenientia et differetia 38  
 Virtutes morales cur plures sunt quam intellective. 39  
 Virtutis moralis definitio. 39  
 Virtus moralis versatur circa difficile. 39  
 Virtutum moralium nomina et obiecta et extrema. 45  
 Voluptas quid mali affert. 47  
 Veritatis obiectum et extrema. 57  
 Vani qui vocantur. 57  
 Urbanitas et comitas quid sit et que eius extrema. 58  
 Voluntas sola ex se est libera. 85  
 Virtutum moralium subiectum. 88  
 Vita contemplativa prefertur active. 103  
 Virtutum moralium conuenio inter se. 106  
 Uniuslibet virtutis moralis conuenio ad propria prudenter. 107  
 Omnis virtutum moralium conuenio ad unam prudentiam. 108

## Supradicta Virtus Defectus

Audacia	Fortitudo	Limiditas
Anteprudentia	Temperantia	Insensibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decorum ruditas	Magnificentia	Musillanimitas
Lentitudo	Moderatio	Honoris vacuitas
Ambicio	Mansuetudo	Pre vacuitas
Fracundia	Affabilitas	Contentio
Adulatio	Veritas	Dissimulario
Arrogantia	Comitas	Rusticitas
Scurrilas	Justicia	Minus
Plus		

Quid prodesset potest membrorum flora venustas

Si mens ignava pectore squalit iners

Est melior virtus in pectore candida; quam si

Adente tenebrosum corpore quisque nitetur.

Impressum Vienne Austriae per Joannem Singreniu.  
Imprensis Leonardi et Luce Alantse Bibliopolaru  
Viennensis. Anno domini. M. L. L. L. xv.  
Sexto Monas Martij.



Biblio b  
Baroniu qd  
candidissim  
Carniolie  
summa  
P



laciones  
nóstrario in  
timo o estimado  
per Brill, qui habet  
reis tres peccata  
non confessata  
ruber si patitur. Et  
si sufficiens mente  
et voluntate loquaciter  
admonitatio loquaciter  
mentis infraferatur. Et si voluntate  
autem bona refutatur.  
Tunc non potest  
curia autem si hec diligenter ageret  
cum quod compensat  
cum quod concordat  
cum quod concordat  
cum estia et aliis  
legit rationes  
et illius est etiam tam  
antiquum si una genera  
tude per demonstrationem

